

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 1

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Liber 1.

Titulus 1.

De justitia et jure;

Hunc titulum jam exposuimus in l. j. inst. & remissive
tit. 1. ut proinde superfluum, hic quidpiam
de eo disserere.

Tit. 2.

De origine juris et omnium magistratuum
et successione prudentium.

2. 1. Qua sit origo juris Romani, & Q. L. Spretus
principia rationis justa, est ex aequitate, et necessitate
Reipublicae sic postulante: Si historia, descripta est
ejus origo, l. 2. pr. §. 1. et seqq. usq. ad §. 13 ff. h. 2.
junct. l. 1. ff. de constit. princip. et §. 8. jure de
Jur. N. G. et C.

2. 2. Qua sit successio prudentium. Q. Tibe-
rius Cornelianus primus publice jura professus est.
Publius Mucius, Brutus, Manlius fundamenta actio-
num prima jecerunt. ~~Et~~ Tum Quintus Mucius
jus civile in 18. libros disposuit. Post hunc plures
alii qui videri possunt in l. vel §. 42. et seqq.
ff. h. : Caeterum plura quae huc adduci solent
alibi iam dilucidata sunt.

~~Tit. 3. et 4.~~

~~Hos 2. titulos De legibus et constitutionibus et leg-
ibus principum
Hunc titulum, profectum deus in lib. 2. decretalium et
§. 2. et 3. qui consuli possunt et debent.~~

Tit. 3. et 4.

De legibus, senatusconsultis, et con-
suetudine, et de constitu-
tionibus principum.

Hanc materiam abunde dilucidabimus in
l. 2. decretal. l. 2. 3. et 4. videri etiam possunt
inst. l. j. d. 2. remissive.

Lib. 1.

Tit. 5. et 6.

De statu hominum. Itē de

^{Duos} ~~hos~~ etiam titulos profecti sunt in inst.
l. 1. et 3. et seqq. usq. ad gnūm inclusive

Tit. 7.

De adoptionibus et emancipationibus
et alijs modis quibus pot. solv. potest.

De hoc videantur, quae diximus l. 1. inst. et 11.
et 12.

Tit. 8.

De rerum divisione

Vide quae in d. iust. l. 2. et 4. circa hanc
materiam exposita sunt

Ceterum reliqui huius libri titulos cum obsoleti
sint, praeterimus.

Lib. 2

Liber 2

De iurisdictione

Q. 1. Quid sit iurisdictionis? R. est potestas publica
in causis controversis cognoscendi, iudicandi, iudicatus
exequendi. Consistit itaq. hae potestas in statuan-
do et statuto exequendo

Q. 2. Quotuplex sit? R. duplex

Q. 2. An iudex pedaneus olim habuerit iurisdictionem?
R. Neg; quia qui iurisdictionem habet non tantum
potest iudicare sed etiam sententia sua exequi,
quod tamen iudici pedaneos non concessum erat,
l. 50 ff. de re iudicat.

Q. 3. Quomodo dividatur iurisdictionis? R. Solet
dividi in iurisdictionem simplicem, et imperium, et
hoc rursus in mixtum et merum imperium ita ut
sint 3. species iurisdictionis, imperium scilicet me-
rum, mixtum, et iurisdictionis simplex l. 3. et 4. ff.
Quamquam fatendum sit, quod simplex etiam iurisdic-
tio aliquando vix saltem mixti imperii annexum ha-
beat.

Q. 4. Quid ergo sit iurisdictionis simplex? R. quod sit
causa cognitio absq. executione, et executione, et adeo
quod sit aliquid separatum à merito et mixto imperio, sed